



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Bernardi Primi Clarævallensis Abbatis, Ordinis
Cisterciensium Antesignani, melliflui Ecclesiæ Doctoris
Sermones In Dominicas & Festa per annum**

Bernardus <Claraevallensis>

CVIII. De Spiritualis minutione sanguinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39254

ratio, & hæc verè meretur audiri. De hujusmodi enim orationibus loquitur per Esaiam Deus *b*: *Antequam clament ego exaudiam, abhuc illis loquentibus* *b Esa. 65. d*
ego audiam. Sunt & alia quæ cum defunt, à Deo dantur, & possunt esse vel non esse secundum Deum, quantum duntaxat interest fīs ad quem referuntur, ut est corporis sanitas, pecunia, cæterarumque rerum affluentia: quæ etsi à Deo sint, non tamen sunt magnipendenda, nec ex desiderio possidenda. Similiter & in ipso quem petit, debet duo considerare, bonitatem, & majestatem. Bonitatem qua gratis velit, & majestatem qua planè *Secundo, quem petat.* possit dare quicquid petitur. Sed & in se ipso qui petit debet nihilominus *Tertio, qui petat,* duo attendere, id est, ut pro suis meritis nihil accepturum putet, sed de Dei misericordia tantum quicquid rogaverit, impetraturum speret. Tunc ergo dicitur cor purum, quando tria hæc quæ dicta sunt, & eo modo quo dicta sunt, cogitat. Et quisquis hac puritate & intentione cordis oraverit, exaudiens se sciat, quia sicut testatur Petrus Apostolus *i. Non est personarum i Act. 10.c acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum & operatur justitiam, acceptus est illi.*

SERMO CVIII.

De spirituali minuitione Sanguinis.

Minuendi sanguinis duplex est causa. Interdum qualitas, interdum quantitas obest. Nec minus pernicioса immoderata abundantia, quam corruptio. Sanguis animæ meæ, voluntas mea. Naturæ siquidem cognatus præ cæteris humoribus sanguis dicitur, & animæ vita in voluntate est. Minuatur ergo prava voluntas, quæ morbi causa est spiritualis. Minuantur, inquam, dum penitus exhausta exsiccarique non potest. Scindatur & aperiatur vena ferro compunctionis, ut peccati, etsi non omnis sensus, certè *Quis sanguis virtuosus, qui abundans in anima minuitur.* consensus effluat & abiiciatur. An dubitas inveniri & in anima sanguinis *endue.* non inutilis inutilem abundantiam? Audi sapientem medicum, qui & ipsum docet justitiae sanguinem minuendum. *Noli, inquit a, nimium esse justus.* Si *a Eccl. 7. c** mile est & istud Apostoli *b. Non plus sapere, quam oportet, sed sapere ad sobrietatem.* Cui putas venæ parcendum est, si & justitia, & sapientia egent minuitione? *Quis enim sanguis utilior?* Illud tamen memento, nec nimis justum, justum: nec ebriam (ut ita loquar) sapientiam oportet sapientiam nominari. Sic nimirum & in sanguine corporis invenire est, ubi excreverit nimis, non jam nutrimentum afferre corpori, sed detrimentum. *Quamobrem si peccare delectat adhuc, sanguis virtuosus est, & minuere festinato.* Si vis age-
In ipsa etiam justitia & sapientia datur excessus. re poenitentiam, castigare ut oportet membra, corpus affligere, judicare templum, ut non incidas in manus Dei viventis: justum id quidem, sed ne quid nimis. Alioquin reprimendus est servor immoderatus, ne noceat unitati, serviat indiscretioni.

Sermones S. Bernardi.

D d d dd

SERMO